

te rogo, ne tam præclara pendeant opera interrupta, facies  
rem existimatione tuâ dignam, et patriæ quidem apprime  
utilem, in quâ ad nauseam porrò et pudorem Pittaci  
sumus, barbari cantores, Musici linguâ et palato tenus,  
denique præterea nihil. De cantionibus quas misisti,  
non simplici nomine tibi debeo. sed hoc præcipue, quod  
et Nævae Phyllida, de qua Virgilius verba usurpare soleo,  
Phyllida amo ante alias modulis tuis exornare  
voluisti. Ubi tantillum otij erit, explebor novis deliciis.  
Nunc procul a Musis auocor, nam in prociectu stamus.  
Vale Vir Clarissime et me ama. Haga Com. Postridie  
Id. Sept. 1636.

Boxhornio Querio.

Vir Clarissime ac Doctissime.

(145).

Oppressus magnâ negotiorum mole, ex quo lectissimo  
ingenii tui partu me donasti, tandem in prociectu te  
saluto, atque ut fidem porrò quam his primitiis obli-  
gasti, liberare cures, editâ Romanorum suppellectile,  
senere moneo, ut magis illud nimirum Senecæ  
verum fiat, Omnibus sæculis fictilia Tiberonis  
duratura. Quæstiones Romanas multæ eruditionis librum  
in viâ comites habeo, eritque si Deo visum fuerit, ubi  
de nonnullis coram disserentem audies. nam et hæc  
tibi fata, pro captu lectoris, impendere scito. Interim  
me ama Vir eximie, et à magno Heinsio, cui nunc  
valedicendi non erit locus, ut idem faciat, tuis verbis  
impetra. Haga Comitum XIII. Cal. Sept. 1636.

Wilmhio.

Pro affectu tam sollicito, quo Affinis mei causam et  
existimationem amplecteris, multum tibi debeo, licet  
hactenus ignarus tam gravis rei, cujus publicè postulari  
possit. De crimine, quo me verbo perculisti, satis securus  
sum. Lenem culpam si qua est, in latissimam non abitu-  
ram faciunt malenorum, et quarum ille nimium verbis  
Odia aspera movit, iniqui animi, ne sperare quidem audeam.  
Si quid porrò penetras, affinis optime, cujus moveri amicos  
intèressit, sororem viri in primis rogo te ne quid coles familia  
scipionem et ab adolescentiâ procuratricem. cæteris, turpi  
exemplo, sui et suorum perpetuis neglectoribus. Vale cum  
uxore et prosopiâ quantum vouet.  
Spranga in castalis vi. Id. Oct. 1636.

Tuus  
C. H. Wilmhio.